



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P.|| Vincentii|| Brvni, Socie-||tatis Iesv,|| Meditationes,||
In Septem Praecipva Festa|| B. Virginis**

Bruno, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1598

Reverendissimo In Christo Patri, Et Domino, D. Stephano VVebero,
Mysiensi Episcopo, Reuerendiss. & Illustriss. D. D. VVolfgangi Archiepiscopi
Moguntini, Principis Electoris in Pontificalibus Vicario, ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59989](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59989)

REVEREN-

DISSIMO IN CHRIS-
TO PATRI, ET DOMI-
NO, D. STEPHANO VVE-
BERO, MYSIENSI EPI-
scopo, Reuerendis. & Illustris.
D. D. VVOLFGANGI Ar-
chiepiscopi Moguntini, Princi-
pis Electoris in Pontificalibus
Vicario, SS. Theologiæ Docto-
ri, &c. Collegium Mogun-
tinum Societatis
IESV S.

PERMVLTAE
*hoc nostro seculo,
Reuerendis. Do-
mine, à viris eru-
ditis. & pijs in lu-
cē edita sunt de vita CHRIS-
TI D. N. & Deipara Vir-
ginis*

EPISTOLA

ginis *MARIAE* Medita-
 tiones ad vitam pie sancte q̄
 instituendam cum primis uti-
 les & salutare. Sed quisquis
 has recentes & postremas
VINCENTII BRUNI So-
 cietatis nostrae Theologi ita-
 lico idiomate iam pridem cō-
 scriptas perlegerit, non du-
 bium est, quin siue sententiæ
 elegantiam verbis diuinæ Scri-
 pturæ inhaerentem, siue opti-
 morum documentorum co-
 piam, siue vim & efficacita-
 tem in Dei amorē, peccati q̄
 odium animos inflammandi
 consideret, eas calculo suo in-
 ter optimas sit adnumeratu-
 rus. Quæ causa perpulit nos,
 ut laborem in Latinum idio-
 ma eas conuertendi ante biē-
 nium inchoatum, & obitu in-
 terpre-

DEDICATORIA.

terpretis aliquandiu desertū,
proximo superiori anno, tri-
bus partibus adiectis, conti-
nuaremus: omnibusq; pietatis
studiosis, hos novos fontes de-
libandos proponeremus, ut si
quos hactenus, aut rei diffi-
cultas, aut inscitia à salu-
berrima exercitatione deter-
ruisset, nouitatis illecebra
proliceret. Quo verò hanc
quartam & extremam Me-
ditationū partem, festis bea-
tissimæ Virginis **MARIAE**
inscriptam, tutelari Reueren-
diss. **D. I.** nomini dicaremus,
gemina nos causa permouit.
Alterà, rara tua & eximia,
multisq; retro annis testata
in gloriosissimam Dei matrē
religio & pietas. Annus e-
nim iam agitur vigesimus,

EPISTOLA

cum in Sodalitatem Annun-
ciatæ Virginis, recens tum in
hac urbe institutam ultro te
aggregasti, ac deinceps statis
conuentibus publicis assiduè
interfuisti, Oratorium Par-
thenium sacro instrumenta
ornasti, ac legibus eiusdem et-
iã minimis, istius Episcopalis
honoris tui, ut ita loquar, fa-
sces submitisti. Altera causa
est, ut nos hoc libello aliquod
grati animi indicium in pu-
blicum daremus, pro singulari
tua, ea quæ nunquam interrump-
ta beneuolentia, qua nos, to-
tamquæ Societatem nostram à
primis usque in initis sincerè &
constanter es complexus: cui
denique in perpetuum amoris
tui in nos monumentum, su-
periorumquæ officiorum cumu-
luna

DEDICATORIA:

lum in summa Ecclesia huius
nostra ara nobilem & ful-
gentibus auro signis visendā
tabulam (Lysippi & Appel-
lis opus dixeris) his extremis
annis ingenti sumptu adijce-
re voluisti. Pro quo insigni
munere, ut Deus O. M. pra-
ter longiorem huius lucis u-
suram aurea sempiterna vi-
ta secula R. D. T. aliquando
adijciat, ex animo optamus.
MOGVNTIAE kal. Febr.
hoc est in rursificata Beatiss.
Virg. MARIAE peruigilio.
Anno M. D. XCVIII.

* 4

Auctor